



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fulvii Androtii Societ: Iesv Theologi Opuscula spiritualia**

**Androzzi, Fulvio**

**Coloniæ, 1611**

De Viduarum oratione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48641](#)

46

S P E C V L Y M  
ret, ut intus subrepatur vel subintret aliquid extra vagans phantasia seu imaginatio, immo potius curabit, ut quantum humanum fieri potest, omnes illius cogitationes sint de Deo, & diuinis rebus si ramen aliquando occuruant cogitationes vanæ & immundæ, absque villa mora sunt rejiciendæ, & expellendæ, & statim confugiendum est ad orationem, ad meditationem, vel aliquid aliud pium exercitium, ut cor semper sit purum ac mundum in conspectu Dei, quia Iesus vult cor mundum, vult mentem puram. Omnia hæc ieiunia obseruabat vidua illa Anna, & propterea peruenit ad tantam puritatem cordis, ut etiam certe digna fuerit habere spiritum prophetarum, & annunciatum filiis Irael aduentum Domini Saluatoris nostri Iesu Christi.

---

De Viuarum oratione.

Oratio vita spirituali adeò est necessaria, ut sine illa sperare salutem, sit laborare in vanum; Hinc Saluator noster dicit, quoniam oportet semper orari, & non desiccare, haec est illa, quæ omnes Dei, ac diuinæ gratiarum thesauros aperiunt. Hæc est illa, quæ facit hominem fecundum

### VIRTUTATIS.

47

tem, Hæc reddit hominem Christo familiarem, hæc illuminat intellectum in rebus diuinis, ac p[ro]ijs exercitijs, inflammat affectum, hæc facit gustare gaudia cælestis Paradisi, hæc in summa est vera possessio Christianorum; ex qua illis affluerent redundant omnia dona Spiritus Sancti, huic igitur debet esse intentæ omnes viduæ, dicente Apostolo suo Timoth. 5. *Quæ autem verè 1. Timoth. 5. vidua est. & desolata sperat in Deum, & infusa orationibus & obsecrationibus nocte & die; vnde si benè considerauerimus antiquas rerum historias, inueniemus quod proper ardenter seruorem, quæ primi illi Christiani quotidie in oratione habebant, peruererint ad tantam Sanctitatis perfectionem, quæ in nobis hoc tempore plurimū defecit, quia non sumus ita persistentes & seruidi in oratione.*

Bene notandum est, quod non tantum viduæ, sed etiā multæ aliae virtusq[ue] sexus personæ, hoc tempore nihil ferè aliud videntur facere, quam quotidie recitare orationem Dominicam, cum salutatione Angelica, item psalmos & alia multa similia, & tamen reuera nunquam plenè nec integrè oranti.

Nam

Nam, vt ait S. Augustinus, *Oratio est eleuatio mentis in Deum*, sed cū multi ore quidem recitant diueras & pulchras orationes, cor autem eorum non sic eleuatum, quin potius longè absit à Deo ipso verè non orant. Hoc interim accidit illis, qui mentem non habent puram, ex sincero quodam, & candido in Deum amore. Quare etiam de die in diē minus in pietate & orationib⁹ proficiunt. Sed breuitatis causa h̄c quādam taltem subiungentur, quæ ad hoc propositum maximè videbuntur necessaria.

---

¶ *Quid potissimum requiratur in  
Oratione.*

1. *Oratio requirit animum bene compositum, tranquillum, & eleuatum in Deum, qui igitur huic studio cupit se totum tradere, & breui temporis spatio acquirere amicitiam Dei, & pacem cordis, debet, quantū fieri potest, removet à se omnia, quæ mentem reddunt inquietam, & in primis per frequentē confessio nēm, peccata, cum firmo proposito, non relabendi in eadem, & cauēndi sibi etiam ab ipsis venialibus, expurgare.*

2. *Cause.*